



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De approbatione conuentorum per Lateranen. concilium facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

alien. non alien. ex verbis testamentorum iudicamus. §. nos igitur. ibi, verbis ipsis inuenimus. in auct. de testi. fidei. col. 9. Bal. in l. si cum dorem. §. si pater. in fin. ff. sol. mar. & in cautione. l. lecta. ff. si cert. per. Et de tenore sententiæ scribit. l. Actorum. ff. de re iudi. & in omni materia. l. vt responsum. C. de transa. & ibi Doct. & l. precibus. de impub. l. vna. §. sed & quis. ibi, necessarium & consentaneum effectum huius scripturæ obseruari. C. de lat. lib. vol. cap. cum venisset. & ibi Fel. in 2. not. de testi. Sexcentas ad allegationes cumulaui in rubr. quid sit inuestitu. in meo. vol. sed hæc sufficiant de tenore, vno tenore scripta.

De approbatione conuentorum per
Lateranen. Concilium
facta.

Concilium Lateranen. est multiplex, sed de duplici loquuntur maximè iura canonica. Primum fuit celebratum tempore Alex. tertii. anno domini 1176. seu circa, de quo sæpius fit in iure mentio. vt in e. Iudei. cum seq. de Iudeis. & in c. non minus. de immun. eccl. c. dilectus. & c. 2. de concess. preb. c. prohibemus. de deci. lo. Andr. in c. cum apostolica. col. penul. de his que fiunt à prel. Auffer. in decis. Tholosa. q. 439. Alterum verò tempore Innocentii III. anno 1215. & istud vocant iura generale. c. de multa & seq. de preb. lo. Andr. in c. nemo col. 2. de elect. in 6. & in c. penul. col. 2. de decimis. Cardinal. in c. fin. de capellis. monach. Soci. cons. 297. viso priuilegio. col. 2. vers. in 2. vol. & c. aduersus. de immunitate eccl. c. ne pro defectu. de electio. Et eo puto dici generale, licet omnia alia fuerint generalia. & Lateranen. vocat generale Papa in c. si. de capel. monach. vbi gloss. sed istud per excellentiam, nam fuit valde vniuersale. ¶ quia in eo interfuerunt Patriarchæ Hierosolymitanus & Constantinopolitanus, Metropolitani septuaginta, Episcopi quadringenti duodecim, Abates & priores conuentuales octingenti, Græci & Romani imperii legati, regum verò Hierusalem, Frænciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri oratores, & sic valde fuit generale teste Platina in vita Alexandri ter-

Tenor est
inscriptus
dico.

Concilium
Lateran.
est multi-
plex, &
quare sic
vocetur.

Generale
concilium
quid &
quare vo-
cetur.

iii, & Floren. in 3. parte chronice. titul. 17. cap. 1. §. 10.

Aliud est concilium Lateranen. de quo hic habetur mentio, quod ideo dicitur, quia in ecclesia beati Ioannis Lateran. Romæ fuit factum, & eo dicta est illa ecclesia Lateranen. quasi latens Rana. nam rana quam vomuit Nero intra illam ecclesiam, statim latuit, nec potuit amplius conspici, vt legitur in actis sanctorum Petri & Pauli, hoc ex Albert. mutuatus sum in dictio. in verbo, Lateran. & puto diabolus cor tyranni Neronis fuisse ingressum, & quem postea sic euomisset in ranæ specie.

Vel Lateranen. dicta est, quia Lateranen. nobilissimæ gentis in ædibus constructa sit. Vel à familia Lateranorum cuiusdam teste Pomponio Leto de magist. Roma.

Leo a Episcopus b seruus c seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam sacro approbante concilio, diuina disponente d clementia, per quam reges regnant, & principes imperant, in eminenti apostolatus specula, & supergentes & regnauerunt, licet imparibus constituti animo reuoluentes, quod & si ea quæ pro salubri & quieto regimine regnorum, & ad pacem & iustitiam populorum perpetua eorundem Regnorum stabilitate Regibus, præsertim de fide Catholica, & de republica Christiana, & apostolica sede benemeritis e laudabili & prouida nostra ordi-

a **L**eo) Hic dicit Ioan. Dayma, quod si Nomen/alius à Papa scribat vniuersis, non unum an quis debet nomen suum præmittere: quia præmittat eius literæ: ad maiorem peruenire possent, citat. Ioan. And. in proæmio, lib. 6. in lectura. Sed cum in temporalibus rex Franciæ non

non habeat maiorem. Eodem stylo vitur sic dicens, *Charles per la grace de Dieu Roy de France, a tous presens & a venir. Salut. vi in ord. reg. par. Item iuriconsulti, rhetores, alique permulti nomen suum quamuis maioribus scribant premittere pro absurdo non habuere. text. in l. nescimus. ff. de nego. gest. & ad leg. falci. & de re iud. & l. publica. depo. l. i. in fin. de iur. Inola. in proemio decreta. Greg. col. i. honoris vero causa solemus aliquando premittere eum ad quem scribimus eum digniora sint preponenda cap. auaritie. & ibi plenè Decius de preb. notari tamen solent practica Ioann. And. vti dicentes vniuersis & singulis, &c.*

b) Episcopus) Papa cognoscens non esse maiorem ordinem, vel parem in ecclesia, licet multi tradantur in c. cleuos. 21 dist. vocat se episcopum, & in c. quamquam. 2. q. 7. in gloss. quam sing. notat. Alex. in rub. ff. de iuris. omnium iud. & ego ipse dixi in glo. episcopus, infra in forma mandati, & sic Papa ratione ordinis dicitur episcopus, non tamen habet ecclesiam certam, cuius ratione vocetur episcopus, licet vulgus arbitretur eum episcopum S. Ioannis Lateran. gl. in regula cancel. 7. & an cardinalis possit in episcopum eligi, multa tradit hic Ioan. Dayma. [Sed & in regis vros vi in l. de atate. §. quod autem. ff. de interrog. actio. vide tamen per hoc] text. in cap. ecclesia vestra. de elect. dicentem posse, si non habeat dignitatem incompatibilem, alias secus, vide que dixi in gl. Cardinalatus in §. si quis verò de col. infra. & hodie episcopus sine episcopatu specialiter est quasi inutilis in ecclesia Dei respectu administrationis, licet sit episcopus ecclesie vniuersalis quo ad ecclesiam & dignitatem. Host. in c. 2. de transl. epis. prout refert Pan. in disp. i. incipiente episcopus. col. 21. & de istis episcopis vide text. in cle. in plerisque. de elect. & ibi per Doct.

c) Seruus seruorum) Hic transcribit Dayma illa que dicuntur in proemiis decretal. 6. & clem. sed quilibet potest ibi videre, ideo ego ea locis suis non dimouebo.

d) Disponente) Et sic quicquid fit

boni dispositione Dei dicitur fieri, mali verò diaboli directione, & suggestione, text. in c. i. de summa trim. Doct. in clem. i. de pen. gloss. & ibi addidi in §. i. in fin. de cap. diminut. & Iac. i. dicitur, Omne donum optimum desursum est, descendens à patre luminum. gloss. in c. si ex bono. de pen. 4. vbi describuntur hi versus. Ex ope cœlesti fit, si quid habetur honesti. Et venit à superis, agas bene, vel mediteris, Alia huic materia accommoda ex theologis habeto. [nā postquam omnia à Deo habemus, illi de omnibus gratias agere, alioqui ingratiuitio argui debemus, atque vt in prouerbio dicitur, ingratos superamus Getas.]

e) Benemeritis) Rex noster Francia ultra alios reges de fide catholica, de republica Christiana, & de sede apostolica est benemeritus. Primò enim Clodoueus Francia rex de hæretico Gotho sumpsit vltionem, & Stephanum pontificem summum in suam sedem restituit. Pipinus contra Astulphum Romanorum regem pro ecclesia bellum gessit. Item filius Pipini Leonem papam in sanctam sedem restaurauit. c. omni. & seq. 23. q. 8. quod non paucis exemplis probat doctissimus ille præses Rothomag. D. Igneus in tract. suo. an rex Francia recognoscat Impera. col. 10. & seq. & in suo panegyrico Iacob. Bonaud. in fin. tract. Ioannis de terra rubra, contra rebelles regum, & in hæc verba dicit Gag. in vita Caroli magni in fine, sed illud omnium maximum est, quod nihil antiquius duxit quàm Christi fidem dilatare, & terminos proferre Christianorum, cuius exemplum imitati omnes ferè, qui insecuti sunt Francorum reges magnis atque excellentibus factis cū religionis & fidei Christianæ vnitatem cōseruarent, atque ampliarent, nihil mirum inuidis atque detractoribus videri debent, si Christianissimi appellati sunt, itaque constat per nullas gentes tanto labore Rom. Pontif. & aliis præterea per orbem Dei ministris passim fuisse subuentum. gloss. in proemio Frag. in verbo, tuerentur, vnde hic Papa in his tribus Francia regem commēdat. Item legimus Gregorium Papam Re-

Epistola
Gregorii
regi Fran-
ciae missa.

gi Childeberto Epistolā in hac verba desti-
nate.

Quanto ceteros homines regia vestra
dignitas antecedit, tanto ceterarum gen-
tium regna regni vestri profecto culmine
excellit, esse autem regem sicut alii non
mereatur, hoc satis est, sicut enim magnae
lampadis splendor in terrae noctis obscu-
ritate luminis sui claritate fulgescit, ita fi-
dei Christi claritas vestra inter aliarū gen-
tium obscuram perfidiam ratilat, atque
corulcat, quicquid autem ceteri reges
gloriantur se habere, habetis, sed ipsi in
hac re à vobis vehementius sumant, quo
minus hoc bonū principale habent, quod
habetis, *vt in 4. ratione defensorii concordat.
patet.* Ecce reges Franciae multis nomi-
bus commendabiles, & commendatos
fuisse, si ego vellem singula Francorum
pro fide gesta hic scribere, fortè papyrus
deficeret, his igitur contentus ero, si quis
plura cupiat huic rei accommoda per le-
gere, videat *historiam ecclesiae. Gagarium &
Emilium historiogr. Gallicae, & alios vbi passim
amencit.*

natione cum venerabilibus fra-
tribus nostris sanctae Romanae ec-
clesiae cardinalibus *a* concessa, ac
ad effectum huiusmodi gesta, sta-
tuta, ordinata, decreta, factave
sunt, plenam roboris firmitatem
b obtineant, illis nihilominus in-
terdum (sacro approbante concilio)
nostrae innouationis *c* & ap-
probationis *d* robor adiciamus,
vt eo firmius *e* illibata perdurēt
f quo saepius erunt nostra autho-
ritate, *g* ac etiam generalis con-
cilii praesidio communita, effica-
cemque operam circa eorundem
conseruationem libenter adhibe-
mus, vt reges & ipsorum regno-
rum personae *h* concessionibus,

privilegiis, *i* statutis, & ordina-
tionibus.

a Cardinalibus.) Hic plura de car-
dinalibus scribit Ioan. Dayma, si quis vel-
let paulo maiora scribere, posset transcri-
bere tractatum Mar. Curraei, ac Albi.
& Barb. de praestau. Card. & quae dixi in §. si
quis verò. in verbo, cardinalatus, infra de colubi
remissioe multa. Not. tamè quod singuli car-
dinales propter excellentiam dignitatis
sunt quodammodo viua vox ecclesiae. *arg.
l. nam & ipsi. ff. de iust. & iur. Bal. in c. cum
in iure. col. 2. de offi. deleg.*

b Firmitatem.) Canones quamuis
sint viles, & aliae constitutiones de rebus
ecclesiae factae, nullam tamen obtinent ro-
boris firmitatem, nisi ab ecclesia Romana,
vel à Papa fuerint approbatae. *cap. 1. & seq.
19. dist. 1. cap. ecclesia. de constitut. Ideo hic
dicitur, vt plenam roboris firmitatem ob-
tineant.*

c Innouationis.) Sicut Papa potest
renouare iura edita, ita & innouare. *de
dudum in prin. de sepul. cap. 1. de preben. in 6.
vide rub. haec constitutio innouat. constit. colla.
& gloss. in. & Doct. in cler. in plerisque. de
electio.*

d Approbationis.) Quod Papa ap-
probat, vel reprobat, & nos approbare, vel
reprobare debemus. *cap. 1. 19. dist. 1. in glo. dicitur
citat alia iura huic rei affinia, ergo omnes pariter
sanctiones apostolicae sedis recipiendae
sunt, tanquam ipsius diuina voce Petri
firmatae. cap. sic omnes. 19. dist. 1. quod facit
contra haereticos constitutiones ecclesiae
non recipientes, sed traditiones hominum
vocetes, & per hoc scriptos diabolis traden-
tes. vide gloss. seq.*

e Eofirmius.) Nam apostolicae sedis
sententia tanta consilii moderatione con-
cipitur, tanta patientia & maturitate de-
coquitur, tantaque deliberationis graui-
tate profertur, vt nec immutari necessa-
rium ducat. *cap. apostolicae. 35. q. 2. & inter
scripta illa sequenda sunt, quae sedes apo-
stolica nobis per manus tradidit cap. in ca-
nonicis. 19. dist.*

Perdu-

f *Perdurent*) Quia in speculum & exemplum Romana ecclesia preposita est ab omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuo quidem & irrefragabiliter obseruandum est. c. enim verò. dist. sit ergo ruinae suae dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis ca. nulli. ibidem.

g *Authoritate*) Vt autem nostra definitionis sententia inuolabiliter obseruetur, eam apostolico duximus patrocinio roborandum. ca. i. de eo qui. mu. in poss. cau. rei ser.

h *Persona*) Hic patet concordata esse facta tam ad regis, quam ad regnicolarum utilitatem: & ideo videtur quod Papa & rex non debeant derogare his concordatis, in quantum sapiunt regni utilitatem, per ea que not. Alex. & Iaso. in l. qui Romae. §. flauus. ff. de verb. oblig. & per e. i. de reg. iur. Si ergo nolent nominationes graduatorum in regno habere locum, eas tamen (salua pace dicam) non possunt tollere: nam utilitatem regnicolis iam acquisitam sine eorum facto non possunt tollere, regula id quod nostrum est. ff. de reg. iur. etiam quia sine scandalo non posset fieri, quod summo opere ipsi ac omnes vitare debent. c. n. bil. de pres. rbi Fel. multa congerit. ut scandalum vitetur. Et in euang. Vae homini per quem scandalum venit. Pauci essent tamē qui auderent eis dicere, domini cur ita facitis. Et sic iudices debent secundum concordata iudicando, inspicere regni utilitatem, & intellectum utilitatem regni respicientem insequi. Item in dubio iudices regni debent fauere graduatis & nominatis. esse Dem. in cons. 37. dubitabatur. col. 3. quia habere viros literis praeditos in regno concernit fauorem fidei & vniuersalis ecclesiae exaltationem. c. sup. Spec. de magist. c. cum ex eo. de ele. in 6. & probauit infra in prefat. ad rubr. de coll. quod est valde notandum contra eos, qui nominatos vel graduatos odio prosequuntur, quia scientiam odio habere videntur, & qui odit scientiam, odit Christum, qui est scientia. c. si uxor. 28. dist. Imò membrum diaboli magis quam Christi est, qui discere atque agere bona

recusat: ut in d. c. si. ibidem, & hoc faciunt collatores ignari, quia similis similem diligit, ut in tractatu dico nominationum. & quanta sit utilitas prouidere doctis, scripti in interpret. authentica habita. C. ne filius pro patre, in priuilegiis scholasticis.

i *Priuilegiis*) Ecce haec concordata data in priuilegium Regi, & Regno, & per viam contractus, ut infra patet in rub. de forma. & irreu. conu. stab. §. i. In multis enim continent priuilegium, ut infra. licet videre tam in rub. de reserua. quam alibi: ut percurrendo cernere licebit, hic connumerarem, ni timerem. gloss. metas excedere, & quilibet inter legendum haec perscrutari poterit.

huiusmodi in domino plenè gaudentes a in pacis b tranquillitatis, ac amoenitatis dulcedine conuiescant, & in eorum solita erga eadem sedem deuotione feruentius perscuerent. Nuper siquidem ut ecclesia sponsa nostra in sancta vnione c conseruaretur, & per Christi fideles sacris d canonibus à Romanis pontificib. & sacris generalibus conciliis duntaxat editis vteretur, quaedam constitutiones quas de cetero loco pragmatica sanctionis & contentorum in ea regno Franciae pro bono pacis & concordiae, ac illius communi & publica e utilitate cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege Christianissimo, Jun Bononiae cum nostra curia effemus tractatas, & cum eisdem fratribus nostris diligenter examinatas, & de eorum f consilio cum praefato Rege concordatas, & per ipsius regis legitimum procura-

curatorem acceptatas, de eorundem fratrum consilio, & vnanimi consensu, statuimus & ordinauimus, prout in nostris literis desuper confectis plenius continetur, quarum tenor sequitur, & est talis.

Quæ generent gaudium.
a Gaudentes.) Plenum ergo gaudium est in domino. *Ioan. 16. cap. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, & ad Philip. 4. c. Gaudete in domino semper, iterum dieo gaudete. Et quatuor generant illud gaudium, quæ theologî eliciunt ex illo dicto. Matth. 2. c. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde, & intrantes domum, inuenerunt puerum. &c. Primò generat gaudium visus. Prouerb. 15. Lux oculorum lætificat animam. Et Ioan. 20. cap. Gauisi sunt discipuli viso domino. sic cum quis per gratiam illuminatur. *ibi, videntes stellam. & Act. 2. cap. in fine dicitur, quod postquam ille eunuchus fuit baptizatus, & per fidem illuminatus, ibat per viam suam gaudens de Zachæo legitur. Matth. 23. cap. quod festinans descendit de arbore, & excepit Iesum gaudens, & hoc gaudium datur iustro.**

Primo quantum ad se, quando videt se se sanum factum.

Secundo quantum ad proximum, quæ videt saluatam.

Tertiò quantum ad Deum, quem videt placatum. Qui verò non vident, sunt tristes. *Tob. 5. cap. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* sic qui per peccatum isto lumine sunt priuati, tristes incedunt, ita quod peccatores, maximè hæretici nunquam perfectè gaudent, quia semper synderesim deferunt. Ideo scribitur. *Psal. 40. Non gaudebit inimicus meus super me. Secundo gaudet quis quando est bene hospitatus, quod probat litera, *ibi, intrantes domum nam peregrinus deuius & in periculo constitutus, gaudet cum intrat domum. sic iustus dum intrat domum eccle-**

siæ per fidem, extra quam non est salus. *Matth. 25. Intra in gaudium domini tui. Et 1. Mach. 14. c. Gauisi sumus in introitu. Tertiò gaudet quis ratione inuentionis, *ibi, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. & Luc. 15. c. Congratulamini mihi quia inueni dragma quam perdideram. Et Matth. 13. c. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, &c. & hoc gaudium non est in hoc mundo, sed erit in paradiso. Thren. 2. c. Hæc enim est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ: habet tamen iustus in mundo magnam in corde lætitiã. Dauid, *Psal. 4. Dediti lætitiã in corde meo, quæ omnes alias superat, vt pleni Flor. in 1. parte summe. 111. 6. cap. 5. §. 3. describit. Vltimò gaudemus ratione bonæ societatis, quæ melior esse societas, quàm habere puerum cum Maria matre eius, dum inueniemus plenè in domino gaudebimus. O bone Iesu, te humili corde precor, vt hoc plenè gaudium inuenire possim, quo mihi dicatur videbo vos, & gaudebit cor vestrum & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ioan. 16. c.***

b Pacis.) Quæ est tranquilla libertas. *Arch. in c. 19. li. 23. q. 1. & centum vnde viginti priuilegia pacis congerit Corset. in ma. de potesta. regia. q. 41. quæ postquam rectè sunt ibidem cumulata, non curo transcribere, & D. Breleius in suo dialogo, du bien & l'vtilite de la paix, & calamite de la guerre, vbi verbis gallicis rem pulchre aperit. Sex causas ob quas pacem non habemus scripit, gl. in verbo pacem. in cap. ad apostolica. de re iud. in 6. Deus optimus maximus nobis eam concessit per secula (si rectè viuamus) duraturum.*

c Vniõne.) Vide quæ dixi in bulla cœne Domini in principio, in verbo vniõnem, & in extrauag. vnam sanctam. de maio. & obed. in extrauag. communibus. plenè scribit de hac vniõne. *Prepo. in summa. 15. dist. col. 1. & seq. Al. ua. in tract. de planctu. ecel. lib. 1. art. 54.*

d Sacris canonibus.) Et sic quilibet sacros canones, ac in eis statuta seruare de-

bet. cap. i. de constit. vbi plene omnes doct. tradunt, & Christi fideles vti canonibus à Papa editis, ac sacris generalibus conciliis, quod facit contra iudices iudicantes secundum consuetudinem ommissis canonibus & legibus per rationem in aere fundatam, vel in eorum capite momentaneo quiescentem de quo nominib. in ordin. reg. annotati.

Concordata pro publica regni utilitate ecclesie.
 e. *Publica utilitate.*) Hæc concordata facta sunt pro communi, & publica regni utilitate, & ad publicum ipsius commodum referri ac intelligi debent, quod infra sæpius induco ad multas questiones, & supra eodem in verbo. *persona* dixi: ideo hic liber regno & regnicolis magno vtili futurus esse debet, extra tamen amissionem electionum, [& sententia utilitatem eorum cõsentanea approbatur à iurificonf. in l. si remunerandi. §. fin. ff. mand. & in l. secunda, in fin. de statu liber.]

Papa ardua fore cõsilio Cardinalium an explicare possit.
 f. *De eorum consilio.*) Et sic Papa non debet ardua explicare sine consilio fratrum, id est, cardinalium. cap. per venerabilem. §. rationibus, qui sibi sine legum. ibi, sunt autem sacerdotes Leuitici generis nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officii coadiutores existunt, &c. plenè Barb. in tract. de præstan. Card. in 2. q. prime partis. Fel. Dec. & alii in rub. de constit. & hoc procedit de honestate: vt dicitur glos. in c. ad apostolicam, de re iud. in 6. & l. humanum. C. de legib. c. fundamenta. §. decet de elect. in 6. Ego dicerem quod de necessitate tenetur requirere consilium, vt bene omnia prosperè gubernentur, per d. l. humanum, non tamen tenetur sequi si in melius sua sententia declinet, quod probatur in Euangelio. Vnde ememus panes vt manducetis hi. &c. vbi Christus petebat consilium ab apostolis. Et etiam hodie inoleuit stylus R. curiæ, vt videlicet requirendum sit consilium Cardinalium in arduis. Ioan. Monach. in c. super eo. de her. in 6. his verbis præfatur. Scio quod cæcus Cardinalium erat in hac possessione, quod ardua negotia erant de eorum consilio tractanda & terminanda, imò si Papa irratio-

nabiliter moueretur, & notoriè apparet, possent cardinales suæ voluntati resistere, vtpote si vellet alienare reliquias sanctorum sine necessitate, vel si scandalum immineret toti ecclesiæ. Card. in c. in istis. 4. Cardinalec dist. Paul. consil. 414. in facto col. 4. in 1. vol. Basch. qui creand. de codecha. in rub. de const. col. 21. debet ergo di. creare cardinales omni exceptione maiores, & ecclesiæ viles non ignaros aut pueros, reliqua hic plena manu scribit. Io. Dayma, ego vero his contentus seq. tit. aggrediar.

De constitutionibus.

Constitutio hic propriè accipitur pro constitutione Papæ & regis, alibi pro constitutione Regis tantum, vel Imperatoris. c. constitutio. 2. dist. l. ff. de constit. princ. §. sed & quod principi placuit instituitur. de iur. natur. gen. & ciuit. In genere tamen capitur pro constitutione, tam à superioribus, quàm ab inferioribus facta. cap. cum omnes de constit. Et pro lege, interdum sumitur in l. sequitur. §. sequitur. & §. seq. ff. de verb. obl. & Dec. in rub. eiusdem tit.

Et dicitur constitutio quasi communis statutio, seu commune statutum quod sit lex cõmunis Gallis hominibus, vel simul statutio, nam quo ad regis subditos simul statutur propter plures simul ligandos. Pan. & alii in rub. de constit. Nota quod à constitutione vel lege generali non potest appellari, quando est edita ab eo à quo non potest appellari. text. & ibi doct. in ca. quia nos. de app. l. si res. & ibi Barr. col. 2. ff. de app. recip. l. si qua pena. de verb. sign. Dec. in cap. consilium. 3. gl. vlt. de app. Et ideo solent practici in hoc regno appellare ab executione literarum regiarum non à concessione, non de l' octroy, mais de l' execution: & ita de literis emanatis à sede apostolica vidi seruari in practica, & fuit larum arrestum, anno 1526. die 29. Iunii, facti lex 1. §. 1. ff. de app. & l. iubemus. C. eo. Si tamen vnus de populo qui læditur contradicat, statutum iniquum nõ nocebit eidem, Bar. in d. l. si res. Aret. in vrb. de const. in si plenè Barb. in c. cum omnes. col. 4. & seq. ibidem, quod est notandum pro consuetudinibus approbatis, exceptis certis articu-

Quomodo capitur, & vnde dicitur constitutio, & an ab ea appellari possit.

Arrestum.

Ab executione literarum appellatur non à concessione.